...lia Opera

...iae
...98.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

G. 50.

1) Cop. 6156.
2) Cop. 6143.
3) Cop. 6116.
4) Cop. 6172.

XV. Qu. 777, 1-4

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski BUW

P. Virgilii maronis
Ad Octauium Culex

Cop. 6172

XV. Qu. 777,4

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

BIBL. UNIW. WROCŁ.

Argumentum.

P. Virgilius mantuanus Poeta cum ſuapte na=
tura apollinariqꝫ ſpiritu dotatus ingenio eſſet
acutiſſimo/et elegantiſſimo puer etiam carmina
ſcripſit. diuinā illius ingenij vim teſtātia. Que
cum multa variaqꝫ eiꝰ leguntur: elegantiſſimū
edidit cui nomen Culex indidit. vtpote qui ad=
huc puer eſſet/res pueriles facileſqꝫ ſcribere vo=
luit. et per iocum atqꝫ luſum quendā. Sed tāta
ſtili elegātia: tanta quadā ſentenciarū et rerum
amplexarum dignitate. vt nō culicem tractaſſe:
ſed maximarū rerū culmen: et poetarū ampliſſi=
mum campum penetraſſe conſpicareris. Fingit
enī paſtorem quendā cum de more gregem ſuum
meridiana iā hora ad vmbroſum ꝯpuliſſet locū.
fonte. aura platanis ceteriſqꝫ arboribus amenū
requie in ſomnum verſa obdormijſſe. Serpētem
ſuo more ad fontem bibiturū. reperientem ali=
enū ſuo ſolito loco hoſpitem illū paſtorem morſu
impetere voluiſſe. Qđ anteaq̄ ꝑegiſſet/culicem
qui circum volitauerat paſtorem morſu ſuo acu=
leoqꝫ q̄ſi illū moniturus vt ſurgeret vitāqꝫ tueret
ſuā ſuſcitaſſe. Paſtorez vero ſomno grauem rerū
ignarū moleſtū ſibi culicem ꝯtriuiſſe. Exprectū
aūt vidiſſe ſibi inſidiantez iam imminere ſerpen
tem ſibiqꝫ ſaluti fuiſſe culicē: eiꝰ ꝓpterea a ſe pa=
tratū interitū indigne tuliſſe. Sed cum iterū po=
ſtea obdormijſſet paſtor. apparuiſſe ſibi per re=
quiez culicem. poenas que apđ inferos ſunt inſi=
nuaſſe: ipm̄ de ſe male ꝓ gracia meritū. Sed vt
quopiā reconpenſaret. Paſtorem culici tumulū
ꝯſtruxiſſe: epithaphium qđ in fine Virgilius po
nit ſuꝑadditū. Hoc tantilla re facile eſt poete in=
geniū videre vel pueri. Laudat illic paſtoralem

primũ vitaʒ: eiusq̃ bona omnibus diuicijs tuti=
ora sanctioraq̃. Genera arborũ florum herbarũ
variaʒ suis queq̃ epithotis fabulisq̃ coaptatis
ponit. Enumerat infernales et poenas ⁊ lacus.
vt vbi latius describantur pulchriusq̃ alibi non
emineat. nõ inferior se ipso iam grãdiusculo dũ
ordines inferoʒ in vi. eneidos tractaret. nõ mi=
nor Horacio huiusmodi scribẽte adulto. nõ. P.
Ouidio aut albio Tibullo ceterisq̃ poetis omni
bus hunc locũ attingentibꝰ remissior. Quod ad
hoc accedit mirabiliꝰ q̃ a puero poeta emanarit
hoc carmen. Cuiꝰ sepe ceteri scribẽtes menciõeʒ
faciunt laudantq̃. Vñ et illud preceteris cunctis
carmẽ. M. marcialis ꝑ apophoretis in Satur=
nalibꝰ cũ hoc adiũcto distico misit Accipe facũdi
Culicẽ studiose maronis Ne nugis positis arma
viruq̃ canas. Scribit aũt Virgiliꝰ hoc carmẽ in
honorem graciãq̃ Cesaris Augusti aut ad Octa
uium patreʒ Augusti. quemadmodũ primꝰ ĩõĩꝰ
carminis versus indicat. Aut certe ad ipsum Au
gustum Octauianũ quẽ hic vel paterni nominis
honore atq̃ vicinitate. vel lege carminis licẽcio
re vsus Octauiũ appellat. Vñ et puerũ eum no=
minat hic. cuʒ ait. Hac tibi sancte puer mortali
bus. ⁊ tibi certet ⁊c. Octauiꝰ enĩ Si tranquillo
credimꝰ exaccia. M. Accij Balbi atq̃ Julie fi=
lia quae soror. C. Julij Cesaris erat genuit Au
gustũ Cesarem Octauianũ. qui adoptabatur a
dicto C. Julio cesare. cui ⁊ accessit monarchia
romanorũ. Qui liuiã Drusillam a Tiberio nero=
ne abductam vxorem duxit. Ex hac accia et Oc=
tauiam minorem genuit Octauius. sororem Au
gusti. Nam Octauiam maiorem quaʒ. M. An
tonius vxorem duxit tulit ex Antonia.

Virgilius vt promptitudinem ostenderet priusquam magna opera
scriberet [illegible] multa alia carmina scripsit ita et
carmen [illegible] de culice in quo principaliter tria
facit primo proponit 2o narrat [illegible] 3o [illegible]
[illegible] 2o octauianum ad quem scripsit [illegible]

P. Virgilij Maronis . Ad octaviū Culex

Lusimꝰ Octavi gracili modulāte Thalia
Atq; ut araneoli tenuem formavimꝰ orsum
Lusimꝰ: haec ꝓpter Culicis sunt carmīa dicta:
Omnis ut historiae per ludum consonet ordo:
Noticiaeq; ducū voces . licet invidus adsit.
Quisquis erit culpare iocos musamq; paratus
Pondere vel culicis levior famaq; feretur.
Posterius graviore sono tibi musa loquetur
Nostra: dabūt cū securos mihi tempora fructus
Ut tibi dignato poliantur carmina sensu.
¶ Latonae magniq; decus Jovis aurea proles
Phoebꝰ erit nostri princeps et carmīnis auctor
Et recinente lyra fautor: sive educat illum
Alma chimaeraeo Xanthi perfusa liquore:
Seu decus astrigeri: seu qua parnasia rupes
Hinc atq; hinc patula praepādit cornua fronte

Castaliaeq̃ sonans liquido praelabitur vnda.

Quare pierij laticis decus ite sorores

Naiades: et celebrate deum ludente chorea.

¶ At tu sancta pales ad quã ventura recurrũt

Agrestum bona: secura sit cura canentis

Aereos nemorum saltus fero: inter et astra.

¶ Et tu cui meritis oritur fiducia chartis

Octaui venerande meis allabere ceptis

Sancte puer/ tibi nanq̃ canit nõ pagina bellũ:

Phlegra giganteo sparsa est quo sanguine tellus.

Nec centaureos lapithas compellit in enses.

Urit erichthonias oriens non ignibus arces.

Nõ perfossus athos: nec magno vincula ponto

Iacta meo quaerent iam sera volumine famam

Non hellespontus pedibus pulsatus equorum

Graecia cum timuit venientis vndiq̃ persas:

Mollia sed tenui pede currere carmina versu

Viribus apta suis phoebo duce ludere gaudet:
Hoc tibi sancte puer mortalibus: et tibi certet
Gloria perpetuum lucens mansura per aeuum:
Et tibi sede pia maneat locus: et tibi sospes
Debita felices memoretur vita per annos.
Grata bonis liceat: sed nos ad caepta feramur.
¶ Igneus ethereas iam sol penetrarat in arces
Candidaqꝫ aurato quatiebat lumina curru.
Crinibus et roseis tenebras aurora fugabat:
Protulit e stabulis ad pabula laeta capellas.
Pastor: et excelsi montis iuga summa petiuit.
Lurida qua patulos velabant gramina colles:
Iam siluis: dumisqꝫ vagae: iam vallibus abdūt
Corpora: iamqꝫ omni celeres e parte vagantes
Tondebant tenero viridantia gramina morsu:
Scrupea desertas haerebant ad caua rupes:
Pendula protectis carpuntur et arbuta ramis.

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Densaqꝫ virgultis avide labrusca petuntur.
Haec suspensa rapit carpente cacumina morsu:
Haec salicis lentae: vel quae nova nascitur alnꝰ.
Haec teneras fruticum sentes rimantur: at illa
Imminet in rivi praestantis ymaginis undam.
¶ O bona pastoris: siqui non pauperis usum
Mente prius docta fastidiat: et probet illis
Omnia luxuriae preciis incognita curis
Quae lacerant avidas inimico pectore mentes:
Si non assyrio fuerint his lauta colore
Attalicis opibus data vellera: si nitor auri
Sublaqueare domos animum nō angit avarum
Picturaeqꝫ decus: lapidum nec fulgor in ulla
Cognitus utilitate manent: nec pocula gratum
Alconis referent boeticiqꝫ torema: nec indi
Conchea bacca maris ꝑcio est a pectore puro.
Saepe super tenero ꝓcumbunt gramine corpus:

Florida cum tellus gemmātis picta per herbas.
Vere notat dulcis distincta coloribus arua
Atqȝ illum thalamo laetum retinente palustri:
Ociaqȝ inuidia degentem: ac fraude remota:
Pollentemqȝ sibi viridi cum palmite lucens
Mollia pampineo subter coma velat amictu
Illi sunt gratae rorantes lacte capellae:
Et venus: et foecunda pales: et vallibus imis
Semꝑ opaca nouis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat esse beatior aeuo
Nā̄ qui mente ꝓcul curas: sensusqȝ ꝓbando
Non auidas agnouit opes: nec tristia bella:
Nec funesta tenet validae certamina classis:
Quo spolijs dum sancta deum fulgentib⁹ ornet
Templa: nec euectus finem transcendit habēdi
Aduersum socijs vltro caput hostibus offert.
Illi falce deus colitur non arte politus.

Ille colit lucos: illi panchaica thura
Floribus agrestes herbis variantibus adsunt.
Illi dulcis adest requies: et pura voluptas
Libera simplicibus curis huic imminet: omnis
Dirigit hunc sensus: haec cura est subdita cordi
Qualibet vt requie motus cōtemptor habūdet
Iucundoqꝫ locet languentia corpora somno.
O pecus: o panes: et o gratissima tempe
Fontis hamadryadū: quarum non diuite cultu
Aemolus ascraeo pastor sibi quisqꝫ poeta
Securam placido traducit pectore curam.
¶ Talibus in studijs baculo dū nitus apricas
Pastor agit curas: et dum non arte canora
Compacta solidum modulat̄ harūdine carmen
Tendit et euectus radios hyperionis ardor:
Lucidaqꝫ aethereo ponit discrimina mundo:
Dum iacit oceanum flammas in vtrūqꝫ capaces

Et iam ꝯpellente vagae pastore capellae
Ima susurrãtis repetebant ad vada lymphae:
Quae subter viridem residebant cerula muscũ:
Jam medias operum partes euectus erat sol:
Cum densas pastor pecudes cogebat in umbras.
Et procul asperit luco residere virenti
Delia diua tuo: quo quondam victa furore
Venit nyctileum fugiens cadmeis agaue
Jnfandas scelerata manus: et cede cruenta.
Quae gelidis bacchata iugis requieuit in antro
Posterius poenam nati se morte futuram
Hic etiam viridi ludentes panes in herba:
Et satyri dryadesq; choros egere puellae
Naiadum coetu: tantum nõ orpheus hebrum
Restantem tenuit ripis: siluasq; canendo
Quantum te peneu remorantem diue chorea
Multa tuo laete fundentes gaudia vultu.

Ipsa loci natura domum resonante susurro
Quis dabat: et molli fessas refouebat in antro.
¶ Nam primum prona surgebāt valle patentes
Aereae platanus: inter quas impia lotos:
Impia; que socios ithaci moerentis abegit
Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos:
At quibus insigni curru proiectus equorum
Ambustos phaeton luctu mutauerat artus:
Heliades teneris amplexae brachia truncis:
Candida fundebant tentis velamina ramis:
Posterius cui demophoon aeterna reliquit
Perfidia lamentandi mala perfida multis.
Perfide demophoon et nunc defende puellam
Quam comitabantur fatalia carmina quercus:
Quercus ante datae cereris q̄m semina vitae:
Illas triptolemi mutauit sulcus aristis
Hic magnū argoae naui decus edita pinus

Proceras decorat siluas: hirsuta per artus
Appetit aereis contingere montibus astra.
Ilicis et nigrae species: et laeta cypressus.
Vmbrosaeq; manent fagus: hederaeq; ligantis
Brachia fraternos plangat ne populus artus:
Ipsaeq; excedunt ad summa cacumina lentae
Pinguntq; aureolos viridi pallore corymbos:
Quis aderat veteris myrtus non nescia fati
At volucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per varios edunt resonancia cantus.
His suberat gelidis manans e fontibus vnda:
Quae leuib⁹ placiduz riuis sonat orta liquorem
Et quanq; geminas auium vox obstrepit aures
Hanc querulae referũt voces: quis nantia limo
Corpora lympha fouet: sonitus alit aeris echo
Argutis et cuncta fremunt ardore cicadis:
Et circa passim fessae cubuere capellae

B i

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Excelsisqꝫ super dumis: que leuiter afflans
Aura susurrantis possit confundere venti.
¶ Pastor vt ad fontes densa requieuit in vmbra
Mitem concepit proiectus membra soporem
Anxius insidijs nullis: sed lentus in herbis
Securo pressos somno mandauerat artus
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem.
Ni fors in certos iussisset ducere casus.
Nam solitum voluens ad tempus tractib⁹ idem
Immanis vario maculatus corpore serpens
Mersus vt in limo magno sub syderis aestu
Obuia vibranti carpens grauis aera lingua:
Squamosos late torquebat motibus orbes:
Tollebant aurae venientis ad omnia visus.
Jam magis atqꝫ magis corp⁹ reuolubile voluēs
Attollit pectus nitidis fulgoribus: et se
Sublimi ceruice caput: cui crista superne

Edita purpureo lucens maculatur amictu
Aspectuqꝫ micant flammantia lumina toruo.
Metabat sese circum loca: tum videt ingens
Aduersum recubare ducem gregis: acrior instat
Lumina diffundens intendere: et obuia toruo
Saepius arripiens infrendere: quod sua quisqꝫ
Ad vada venisset: naturae comparat arma.
Ardet mente: furit stridoribus: intonat ore.
Flexibus et versis torquetur corporis orbis.
Manant sanguineae per tractus vndiqꝫ guttae.
Spiritibus rūpit fauces: ¶ Cui cūcta parati
Paruulus hunc prior humeros conteret alumn⁹:
Et mortem vitare monet: per culmina nanqꝫ
Qua deducta genas pandebant lumiua gemmis
Ac senioris erat naturae papula: telo
Icta levi: tunc prosiluit furibnndus: et illum
Obtritum morti misit: cui dissitus omnis

Spiritus excessit sensus: tum torua tenentem
Lumina respexit serpentem cominus: inde
Impiger exanimus vir compos mente refugit:
Et validum dextra truncum detraxit abore.
Qui casus sociaret opem: numen ve deorum
Prodere sic dubium voluit: sed vincere tales
Horrida squamosi voluentia membra draconis
Atq; reluctantis crebris: foedeq; petentis
Ictibus ossa ferit cingunt qua tempora cristae.
Et quod erat tardus omni langore remoto:
Nestius aspiciens timor obcaecauerat artus.
Hoc minus implicuit dira formidine mentem:
Quem postq̄ vidit caesum languescere: sedit.
Iā quatit et biiugis oriens herebo cit equos nox
Et piger aurato vesper procedit ab oeta
Cum grege compulso pastor duplicātibꝰ vmbris
Vadit: et infessos requiem dare cōparat artus.

Cuius vt intrauit leuior per corpora somnus:
Languidaqz effuso requierunt membra sopore
Effigies ad eum culicis deuenit: et illi
Tristis ab euentu cecinit conuicia mortis.
Inquit: quid meritis: ad quae dilatus acerbas
Cogor imire vices: tua dum me charior ipso
Vita fuit, vita ꝫ rapior per mania ventis.
Tu lentus refoues iucunda membra quiete
Ereptus tetris e cladibus: at mea manes
Viscera letheas cogunt tranare per vndas:
Praeda charōtis agor: viden vt flagrācia tae-
Lumina collucent infestis omnia templis (dis
Obuia tisiphone serpentibus vndiqz compta:
Et flāmas: et saeua quatit mihi verbera poena
Cerberus: et diris flagrant latratibus ora
Anguibus hinc atqz hinc arent cui colla reflexis
Saguineumqz micant ardorem luminis orbes:

Heu quid ab officio digressa est gracia: cum te
Restitui superis laeti iam lumine ab ipso:
Premia sunt pietatis vbi: pietatis honores
In vanas abiere vices: et rure recessit
Justiciae prior illa fides: instancia vidi
Alterius sine respectu mea fata relinquens
Ad pariles agor euentus: sit poena merenti
Poena sit exicium. mō sit: cui grata voluntas
Existat par officium: feror auia carpens.
Auia cimerios inter distantia lucos:
Quem circa tristes densentur in omnia poenae
Nam victus sedet inmanis serpentibus othos
Deuinctus maestus ꝓcul aspiciens ephialten
Conati quondā cum sint incendere mundum.
Et tityos latona tuas memor anxius iras
Implacabilis ira iacet nimis alitis esca:
Tereor a tantis insistere terreor vmbris:

Ad stygias reuocatus aquas: vix vltimus amni
Restat nectareas diuum qui prodidit estas:
Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu.
Quid saxum ꝓcul aduerso: qui mōte reuoluit:
Contempsisse dolor: quez numina: vincit acerb⁹
Ocia quaerentem frustra sub lite puellae
Ite quibus taedas accendit tristis erynnis
Sic hymen praefata dedit connubia mortis.
Atq; alias aliō densat super agmine turmas
Impietate fera: cum cernam colchida matrem
Anxia solicitis mediantem vulnera natis
Jam pandionias miserandas prole puellas:
Quarū vox querula est: superat qđ distoni⁹ rex
Orbus epops moeret volucres euectus in auras
Ad discordantes cadmeo sanguine fratres:
Jam truculenta ferūt: infestaq; lumina corpus.
Alter in alterius iamq; aduersatus vterq;

Impia germani manat quod sanguine dextra.
Heu heu mutandus nunq̃ labor. auferor vltra
Indiuersa magis distantia lumina cerno
Elysiam tranandus ago: delatus ad vndam:
Obuia tisiphone comites heroidas vrget
Aduersum perferre faces: alcestis ab omni
In violata vacat cura: quod saeua mariti
Hic calcedonias admeti cura morata est.
Ecce ithaci coniunx semp̄ decus vna charontis
Foemineum concepta decus manet: et ꝑcul illā
Turba feror iuuenum telis confixa ꝓcorum.
Quin misera Eurydice tanto moerore recessit.
Poenaq; respect⁹. et nunc manet orpheus inter
Audax ille quidem qui mitem cerberon vnq̃
Credidit: aut illi ditis placabile numen:
Nec timuit phlegetonta furēs ardentib⁹ vndis:
Nec moesta obtentu ditis ferrugine regna.

Defossasque domos : ac tartara nocte cruenta
Obsita ; nec faciles ditis sine iudice sedes :
Judice : qui vitae post mortem iudicat acta.
Sed fortuna valens audacem fecerat orphea :
Jam rapidi steterant amnes et turba ferarum
Blanda voce sequax regionem insederat orphei.
Jamque vnam viridi radicem mouerat alte
Quercus humo : steterãt amnes siluaeque sonorae
Sponte sua ; cantus rapiebant cortice amara.
Labentes biiuges etiam per sydera luna
Pressit equos : et tu currentis menstrua virgo
Auditura lyram tenuisti nocte relicta.
Haec eadem potuit ditis te vincere coniunx
Eurydicenque vltro ducendam reddere : non fas
Non erat inuitam diuae exorabile mortis.
Illa quidem nimium manes experta seueros
Praeceptum signabat iter : nec rettulit inter

Limina: nec diuae corrumpit limina ligua:
Sed tu crudelis: crudelis tu magis orpheu
Oscula chara petens rupisti iussa deorum
Dignus amor venia. gratum si tartara nossent
Peccatum meminisse graue: et vos sede piorum:
Vos manet herorum ꝯtra manus: hic et vterqꝫ
Aeacides: peleus nanqꝫ et telamonia virtus
Per secura patris locantur numina: quorum
Connubijs venus: et virtus iniunxit honorem.
Hunc rapuit feritas: illum nereis amauit.
Assidet: hac iuuenis sociat te gloria sortis.
Alter in excessum referens a nauibus ignis
Argolicis: phrygios torua feritate repulsos.
O quis non referat talis diuorcia belli:
Quae troyae videre viri: videreqꝫ gray:
Teucria cum magno manaret sanguine tellus:
Et Simois Xantiqꝫ liquor sygaeaqꝫ praeter

Littora. cum troas saeui vos Hectoris ira
Viderit in classes inimica mente palasgas
Vulnera: tela: neces: ignes inferre paratos.
Ipsa magis: nanque ida potens feritatis. et ipsa
Datque faces altrix cupidis praebebat alumnis
Omnis vt in cineres rethei littoris ora
Classibus ambustis flamma lachrimante daret.
Hinc erat oppositus contra telamonius heros
Obiectaque dabat clypeo certamina: et illinc
Hector erat troyae summum decus: acer vterque:
Fulminibus caelo veluti fragor editur ense
Tegminibus: telisque super: sygaeaque praeter
Eriperet reditus alter vulcania ferro
Vulnera proiectus depellere manibus instat.
Hoc erat aeacides vultu laetatus honore:
Dardaniaeque alter fuso quod sanguine campis
Hectora lustrauit victor de corpore troya

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Rurs⁹ acerba fremit paris hūc qd laetat: et hui⁹
Arma dolis ithaci virtus quod concidit icta.
Hinc gerit euersos proles laercia currus.
Et iam strymonij Rhesi: victorq; dolonis
Pallade iam laetatur ouans: rursusq; tremiscit
Pamoicon: asiamq; horret laestrigones atrox
Illum Scylla rapax canibus succincta molossis
Aethnaeusq; cyclops illum metuēda charybdis:
Pallentesq; lacus: et squallida tartara terrent.
Hic et tantaleae gener aeacus amplus atridae
Assidet argiuum lumen: quo flamma tegente
Oris erichthonias ꝓstrauit funditus arces.
Reddidit heu graui⁹ poenas tibi troya: furenti
Hellespontiacis obiturus reddidit vndis
Illa vices hominū testata est copia quondam
Ne quisq; ꝓpriae fortunae munere diues
Iret in aeternum caelum super omne: ꝓpinquo

❡ Ergo quā causam mortis: quā dicere vitae:
Verberibus saeuae cogunt abiudice poenae
Cum mihi tu sis causa malignae: cōscius adsis.
Sed tolerobilius curis haec immemor audis.
Et tamen in vanis demitte somnia ventis:
Digredior: nunq̄ rediturus: tu cole fontes:
Et virides nemorum siluas: et pascua laetus:
Et mea diffusas rapiantur dicta per auras.
Dixit et extrema tristis cum voce recessit.
❡ Hunc vbi sollicitum dimisit inercia vitae.
Interius grauiter mentem aeger: nec tulit vltra
Sensibus infusum culicis de morte dolorem
Quantumcūq; sibi vires tribuere seniles
Quis tñ infestum pungnans deuicerat hostem
Riuum ꝓpter aquae viridi sub fronde latentem
Cōformare locū capit impiger hūc: et in orbem
Destinat: ac ferri cupidum repetiuit in vsum.

Gramineam viridi foderat de cespite terram:
Jam memor inceptū peragens sibi cura laborez
Congestum cumulauit opus: atqꝫ aggere multo
Telluris tumulus formatum creuit in orbem
Quem circum lapidem leui de marmore formās
Cōserit assiduae curae memor: hic et achantos
Et rosa purpureo crescit rubicunda colore:
Et violae omne genus: hic est ⁊ spartica myrtꝰ:
Atqꝫ hyacinthos: et hic cilico crocꝰ editus aruo:
Laurꝰ item phoebi decꝰ exurgēs rhodo daphne
Liliaqꝫ: et roris nouania cura marini:
Herbaqꝫ thuris opes priscis imitata sabinis
Crysanthusqꝫ hederaeqꝫ nitor pallēte corymbo:
Et bacchus lybiae regis memor: hic amarāthꝰ
Humastusqꝫ virens: et semper florida pinus.
Non illinc narcissus abest: cui gloria formae
Igne cupidineo pprios exarsit in artus.

Et quoscūqꝫ nouant vernantia tempora flores:

His tumulus super inseritur. tum fronde locatꝰ

Elogium tacita quod firmat littera voce.

Parue culex custos pecudum nil tale merenti

Funeris officium: vitae pro munere reddo.

Finis.

Epigramma Johannis Maij
Romhiltēsis de Culice Virgilij.

Me referāt paruum cupiantqꝫ negare volucrem

Nequicqꝫ factum: vel quid inane: ferant.

Dicar vel pecudi stimulus: pecudū ve magistro:

Jlle meo viuit munere: non meritus.

Ne pereat recubans pastor meus ictibus hydeae

Conteror: immeritus deditus ecce neci.

Quassor: et ad stygias tenuis mage differor vm-

Pastori factus nō mihi vita salus. (bras:

Sed qui me nouit maior mihi gracia: summos

Ad caelos laudes pertulit vsqꝫ meas

Virgilius: regum tuba clarior ille ducumqꝫ:

Illi materies vber et ampla fui.

Hic vires de me iuuenes exercuit omnes:

Ingenij neruos experiensqꝫ suos.

Et tu parue pulex nimiumqꝫ moleste puellis

Tale quid es mecum nactus. at ipse minor.

Tu minor atqꝫ niger plus quā sim diceris esse:

Quemqꝫ vel incautum pressit et atra man9.

Vt paruus fueris: quo sis infestus amicis:

Ingenium vati parue dedisse potes.

Estqꝫ tibi clarus: paulo minor ac mihi verum

Pace tua dico: forte poeta datus.

Vtqꝫ minor culice es: sic sit tuus ille poeta

Inferior nostro carmine parue pulex.

Finis.

P. Virgilij Maronis Rosae.

Ver erat: et blādo mordētia frigora morsu
Spirabat croceo mane reuecta dies.
Strictior eoos praecesserat aura iugales
Aestiferum suadens anticipare diem.
Errabam riguis per quadriua compita in herbis
Maturo cupiens me vegetare die.
Vidi concretas per gramina flexa pruinas
Pendere: aut olerum stare cacuminibus.
Caulibus et patulis teretes colludere guttas
Et caelestis aquae pondere tunc grauidas:
Vidi pestano gaudere rosaria cultu
Exoriente nouo roscida lucifero.
Rara pruinosis canebat gemma frutetis:
Ad primos radios interitura die.
Ambigeres raperet ne rosis tunc aura ruborem

An daret : et flores tingeret orta dies.

Ros vnus : color vnus : et vnum mane duorum.

Sideris et floris est domina vna venus.

Forsan et vnus odor : sed celsior ille per auras

Difflatur : spirat proximus iste magis.

Communis paphiae dea sideris et dea floris

Praecipit vnius muricis esse habitum.

Momentum intereat : quo se nascentia florum

Germina cum paribus diuiderent spacijs.

Haec viret angusto foliorum tecta galero.

Hanc tenui folio purpura rubra notat.

Haec aperit prima fastigia celsa obelisci.

Mucronem absoluens purpurei capitis.

Vertice collectos illa exinuabat amictus :

Jam meditans folijs se numerare suis.

Nec mora : ridentis calathi patefecit honorem

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Prodens inclusi semina densa croci.

Haec modo quae toto rutilauerat igne comarū:

Pallida collapsis deseritur folijs.

Mirabar celerem fugitiua aetate rapinam:

Et dum nascuntur consenuisse rosas.

Ecce et defluxit rutuli coma punica floris

Dum loquor: et tellus tacta rubore micat.

Tot species: tantosqȝ ortus: variosqȝ nouatus

Ipsa dies aperit: conficit ipsa dies.

Conquerimur natura breuis qđ gracia florū est

Ostentata oculis illico dona rapis.

Quā longa vna dies: aetas tam longa rosarum

Quas pubescentes iuncta senecta premit.

Quā modo nascentem rutilus conspexit eous

Hanc rediens sero vespere vidit anum.

Sed bene quod paucis licet interitura diebus

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

Succedens aeuum prorogat ipsa suum.

Collige virgo rosas dū flos nouus ⁊ noua pubes

Et memor esto aeuum sic properare tuum.

Finis.

BIBL. UNIV. WRATISL.

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski

London. Bey R. Reily sind für J. Osborne von neuem wieder aufgelegt worden: P. Virgilii Maronis Georgicorum libri IV. the Georgicks of Virgil, with an English translation and Notes. By John Martyn F.R.S. Professor of Botany in the University of Cambridge. in gr. 8. 1. Alph. 10. B. mit Kupfern. / Leipz. Gel. Zeit. 1750. No. 45. p. 401.

Konserwację wyk.: Małgorzata Kruk (2018 r.) Fdk w PK25

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski



SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet
Wrocławski



SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Liber primus

Semina vidi equidem multos medicare serentes
Et nitro prius et nigra perfundere amurca
Grandior ut fetus siliquis fallacibus esset
Et quãuis igni exiguo properata maderent
Vidi lecta diu et multo spectata labore
Degenerare tamen: ni vis humana quotannis
Maxima quecꝫ manu legeret: sic omnia fatis
In peius ruere ac retro sublapsa referri
Non aliter q̃ qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit: si brachia forte remisit
Atqꝫ illum in preceps prono rapit alveus amni.
Preterea tam sunt arcturi sydera nobis
Hedorumqꝫ dies servandi et lucidus anguis
Quam quibus in patriam ventosa per equora vectis
Pontus et ostriferi fauces temptantur abydi.
Libra dies somnique pares ubi fecerit horas
Et medium luci atque umbris iam dividit orbem
Exercete viri tauros: serite ordea campis
Usqꝫ sub extremum brume intractabilis imbrem.
Necnon et lini segetem et cereale papaver

Sepe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis: lapidemque reuertens
Incusum: aut atre massam picis vrbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine luna
Felices operum. quintam fuge: pallidus orcus
Eumenidesque sate tum partu terra nefando
Coeumque apetumque creat seuumque typhoea.
Et coniuratos celum rescindere fratres.
Ter sunt conati imponere pelio ossam
Scilicet atque osse frondosum inuoluere olympum
Ter pater extructos disiecit fulmine montes.
Septima post decimam felix et ponere vites.
Et prensos domitare boues: et licia tele
Addere nona fuge melior: contraria furtis.
Multa adeo melius gelida se nocte dedere
Aut cum sole nouo terras irrorat eous
Nocte leues stipule: melius nocte arida prata
Tondentur: noctis lentus non deficit humor.
Et quidam seros hyberni ad luminis ignes
Peruigilat: ferroque faces inspicat acuto.

Que vigilanda viris: vel cum ruit imbriferum ver:
Spicea iam campis cum messis inhorruit: et cum
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.
Sepe ego cum flavis messorem induceret arvis
Agricola: et fragili iam stringeret hordea culmo:
Omnia ventorum concurrere prelia vidi:
Que gravidam late segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hyems culmumque levem stipulasque volantes.
Sepe etiam immensum celo venit agmen aquarum:
Et fedam glomerant tempestatem imbribus atris
Collecte ex alto nubes: ruit arduus ether:
Et pluvia ingenti sata leta boumque labores
Diluit: implentur fosse: et cava flumina crescunt
Cum sonitu: fervetque fretis spirantibus equor.
Ipse pater media nimborum in nocte corusca
Fulmina molitur dextra: quo maxima motu
Terra tremit: fugere fere: et mortalia corda
Per gentes humiles stravit pavor: ille flagranti
Aut athon: aut rhodopen: aut alta ceraunia telo

Pro[illegible] flauo: [illegible] per artus

Appetit [illegible] mulgere montibus astu.

[illegible] exiguas spretas: et tacta [illegible]

Vndosaeque manent fagus: hederaeque ligantes

Brachia fraxineos plangit [illegible] populus artus.

Ipsaeque [illegible] summa cacumina lentae

Pinguntque aureolos [illegible] pallore corymbos.

Quis aderat veteris myrtus non nescia facti?

Ac volucres passim residentes dulcia ramis

Carmina per varios edunt resonantia cantus.

His subter gelidis manans e fontibus vnda:

Quae [illegible] placitos vallis sonat orta liquorem

Et quamquam geminus cantum vox obstrepit aures

Hanc querulae referunt voces: quis nantia limo

Corpora lympha fouet: sonitus aut [illegible] echo

Argutis [illegible] frequens [illegible]:

Et circa passim fessae cubuere capellae.

B i

Ad stygias revocetus aquas [illegible]

Restat ne capere [illegible]

Gutturis arenti [illegible] omnia [illegible]

Quid faciam [illegible]

Contempsisse dolor [illegible]

Deia querentem [illegible] puella [illegible]

Re quibus taedas accendit tristis [illegible]

Sic hymen praefata [illegible]

Utque sibi alio dentes super [illegible]

Impietate ferae [illegible] colchide [illegible]

Anxia solicitis [illegible] vulnera [illegible]

Jam pro [illegible]

Quarum per [illegible] super [illegible] pistonis [illegible]

Urbs [illegible] volucres [illegible]

Ad discordantes [illegible]

Jam [illegible] infelix [illegible]

Alter in alterius iactantes [illegible]

[illegible]

[illegible]

Vulner[illegible]

Ipsa [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

He[illegible]

Ful[illegible]

Te[illegible]

[illegible]

Vulnera[illegible]

Ho[illegible]

Dardani[illegible]

[illegible]